

3

sonam, nobis exhibere. Sed posthabito prorsus neglectoque examine, quod unus vel alter ex Testibus in Ordinaria Inquisitione subiit, in medium afferre debebunt testimonium illud solummodo, quod coram Judicibus ab Apostolica Sede delegatis tulerunt.

6 Atque ne quis arbitretur, me temere hoc afferere, oculos, quæso, convertant Patres Amplissimi ad Testem Franciscum Sansum, apud quem triennii spatio Exomologesim suam fecit Venerabilis Dei Famulus. Hic enim, postquam non semel, sed tertio in Ordinaria instituta Inquisitione testimonium dixerat (est quippe Testis in Catalogo descriptus *sub numer. XXXVII. LXXVII. CXVII.*) bis iterum in Apostol. examen subiit, illiusque proinde nomen in Catalogo legitur *sub num. I & XXVII.* Ita pariter Franciscus de Escamilla alter Servi Dei Confessorius Apostolica *se nol* sub num. *IV.*, bis Ordinaria auctoritate examinatus, non unus, sed duplex Testis apparuit *sub num. XXXVIII. & LXXXI.* Et tandem *Mari* Anna Garzo, & Jacobus Bavacer, duorum tantum Testium loco haberi debent, licet illorum examen ab Ordinariis Judicibus bis fuerit exceptum, quemadmodum videre est *sub num. LXIV. LXXXI. LXXXII. & XC.*

7 Quisque igitur Summarium attente perlustrare velit, facile intelliget, quidnam in illo conficiendo ornandoque egerint Postulatores. Nam, ne forte quis existimaret, paucos admodum inveniri Testes contestes in iis recente-
fendis actibus, qui excellentiam praefferunt atque heroicitatem, veriti non sunt sub unoquoque Titulo eorumdem Testium depositiones ad usum rei probationis bis terve afferre, ita ut una eademque persona sit Testis insi-
mul, atque sibi meti ipsi contestis. Hoc autem potissimum contingere ani-
madverti quoad personam Francisci Sansi, quem Summarium percur-
rem *sub num. II. pag. 36. §. I. pag. 39. §. 18. num. 12. pag. 42. §. 1 pag.*
43. §. 7. & §. 9. num. 14. pag. 47. in fin. pag. 52. §. 25. & 26. num. 15.
pag. 57. §. I. pag. 58. §. 9. num. 16. pag. 62. §. I. pag. 65. §. 17. pag. 66.
§. 20. num. 17. pag. 76. §. 1. pag. 81. §. 26. pag. 82. §. 29. num. 18. pag.
89. §. 1. pag. 90. §. 7. & alibi per tot. Id ipsum etiam servatum fuisse con-
spicitur in Elencho Actuum specialium, prater. Respons. pag. 9. pag. 13.
pag. 15. pag. 40. & alibi.

8 Hinc intelligent Clarissimi Viri, quibus nunc primum Causæ hujus patro-
cinium commissum est, quid ipsis agendum sit, si ostendere velint, Vene-
rabilem Dei Famulum in omni Virtutum exercitio heroicitatis fastigium
attigisse. Onus illorum erit novum confidere non modo Testium Catalo-
gum, in quo oculati tantum Testes recensentur, ut quilibet percipere
possit, quinam in alterutra, quinam in utraque Inquisitione suas compara-
verit depositiones; verum etiam Elenchum contexere Actuum specialium,
quos communem piorum Hominum vivendi rationem longe exsuperare ex-
stimator, præfatosque actus non unius ejusdemque Testis, sed plurium
Testium contestium testimoniis confirmare.

9 Ne autem cogantur præstantissimi Viri illas Testium depositiones prorsus reii-
cere, quas expleto jam absolutoque primo examine fecisse supra vidimus
in eadem Inquisitione, demonstrare omnino debebunt, non a Causæ Pro-
curatore præfatos Testes iterum fuisse inducitos, sed a Judicibus ex officio
vocatos, ut nonnulla obscura fortasse nimis, implexa, & incerta explicar-
ent vel panderent; nec præterea interrogatos fuisse super omnibus iisdem
Articulis, quibus in priori examine satis jam fecerant. Secus enim nulla
hisce Testibus esset auctoritas concedenda, quam haud liceat Testes ex-
aminatos iterum reproducere, novoque examini subjictere super iisdem, de-